

TEXTOS

COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA

(Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra)

(Continuación)

139) (1)

9-XI-1048

1048-6

Sancho García hace donación al monasterio de San Millán de su divisa en Loranco, con un palacio junto a la fuente de Vala Grande y todas sus tierras y prados.

« Sub nomine Xristi Redemptoris nostri. Ego igitur Sancio Garciez et uxor mea nullius hominis cogentis nec suadentis imperio, concedo et offero et ab omni integritate confirmo pro anime mee remedio parentum meorum ac filiorum ad honorem [...] patronis Emiliani Sanctissimi, meam propiam divisam in villa Loranko, id est, meum palatium, que est situm iuxta fontem Valge Grande vocitatam cum exitu et regressu, terris, orto, pratis, vel quecumque ab hodie in ante ampliare vel construere valuero ab omni integritate ad atrium prefati patroni Sanctissimi Emiliani sit affirmatum secula in omnia. Amen. Ab hinc autem si quis homo ex mea progenie, germanis, filiis, nepotes, seu quislibet de extraneis hoc meum voluntarie factum in aliquo convellere vel retentare voluerit, in primis in fronte vinis careat lucernas et excommunicatus a comunione Xristi et a cetu omnium apostolorum, martyrum, prophetarum ac confessorum varatri antra dime sus in inferno inferiore cum Iuda proditore habeat portio ne in secula seculorum et insuper sit afflictus secularia damna ut quod retentare conaverit in duplum pariet et ad partem imperantis terre duas esxolvat aureas libras, hanc vero scripture tenorem in omnibus obtineat firmitatis roborem.

Facta igitur est huius tomi conscriptio sub die Iduum quinto no-

(1) Este documento, como los números 140, 142 y 143 se encuentran copiados en el Becerro Gótico. (Vide Cartulario de San Millán del P. Serrano, n.os 134, 146, 157, 181.

vembrium in era dena contena ac octies dena seu bis terna. Regnum fruente domino Garseano in Pampilona et Fredinando rex in Castella. Ego igitur Sancio Garcie qui hanc exarationem fieri volui et relegate audivi manu mea hunc (*signo*) inieci et confirmavi.

Garsia episcopus confirmat; Gomesanus episcopus confirmat. Gundesalbus abba in cuius manu hoc testamentum perfeci confirmans.

Omne concilium de Loranko confirmantes. Exaratori Munione in celorum vivat regione.

Al dorso: Carta de Sancho García de una heredad in villa de Loranco que dio al monasterio y un palacio.

Loranco n.^o 58. Cajón nono.

140)

1049

24-III-1480

1048-7

« En Sant Millan de la Cogolla veinte e cuatro dias del mes de marzo anno del nascimiento de nuestro Salvador Ihesu Xristo de mil e quinientos e ochenta annos; este dicho dia Diego de Vergara, alcalde ordinario en el valle de la dicha Sant Myllan estando assentado en iuysio en presencia de my[...]escribano et notario publico por el rey nuestro Señor en la su corte e en todos sus regnos e señorios e de los testigos infrascriptos, parescio ende presente el alcalde, Sancho Fernández de Solórzano monje et liemosnero del monesterio de la dicha Sant Myllan. E asi commo procurador de los venerables señores et debotos religiosos, abbat, prior, monjes et convento del dicho monesterio de San Myllan. Et asy presente seyendo mostró et presentó ante el dicho alcalde un previleio del rey Don García escripto en parchamino el tenor del cual es este que se sigue:

« In Dey nomine; hec est carta divisionis termini Sancti Micaelis de Petroso quam facio ego Garsea, gratia Dei rex, pariter cum coniuge mae Stephania regina. Ne umquam aliquod dubie juris oriatur certamem dividimus itaque distincte terminos supramemorati monasterii quod nos ipsi meo obtulimus sancto Emiliano id est de illo ponte de Magasos usque ad Pennam Corveram sicut currit flumen usque ad domum Sancti Mikaelis; et de Penna Corvera usque ad hortum Regis excepto flumine quod est defesa Regis. De Santa Maria de Petroso usque ad partem de Magasos. Et ex alia parte per medium vallis Sicce et per medium lumbum ad summum campum Oteri et sic faciat descensum per medium vallis et inde ad ripam [...] Deinde per illum lumbum usque ad illum magnum Oterum;

et de illo magno Otero descendendo per illum lumbum usque ad monasterium Sancti mikaelis et cum tota sua pertinençia ad integratatem; Monasteria scilicet Sancti Salvatoris de Valle Jovite, e de Sancti Mametis, quod est in rivo de Pinas cum illorum pertinenciis id est de [...] ad illam crucem que est super ecclessiam de Sancti Salvatoris de Valle Jovit. Et de illa cruce per illam viam que vadit per illum lumbum usque ad viam Tortam cum toto valle de Braulio et cum toto valle de Esquianes usque ad campum Oterum et totam Vallem Surdam similiter usque ad summitem campi Oteri et cum toto Bustello et cum toto valle de Valça usque ad illum lumbum pue est super fontem domini Alvari. Et de via Torta sicut vadit ad supra nominatum lumbum et deinde ad illum Carrascal de Aceis; deinde per caput Serne Regis ad illum magnum lapidem qui est in medio lumbo sicque faciat descensum ad rivum de Puras. Et de illum rivum de Puras sicut in valle de Juso sicut fuit semper defesa Sancti Mametis ad piscandum usque ad iniçium ville Magosos. Et si aliquis in hac predicta defessa fuerit deprensus piscando, ad partem monasterii persolvat quinque solidos illius monete. Monasteria ut supra diximus et regulas villas divisas sicut supra sunpt nominatas, terreas, vineas, pomifera, ortos, linares, quantum constat in sua subsistere diçione ad integrum cuncta. Amen. Insuper talem concedimus potestatem ad condonatum monasterium ut quicquid super hoc pro vivis ac mortuis vel de vestris comparationibus potueritis abere et in eodem loco populare, liberum, balentem et firmum possideatis per omnia secula, Amen. Et illi populatores qui fuerint populati, in terminis predicti monasterii commune habeant pastum et habitationem cum omnibus villis qui sunt in circuytu. Id est cum illis de Petroso et cum illis de Tolsantos et cum illis de Magazos et cum illis de Puras in defessis et in omnibus omnino loçis por omnia secula, Amen. Si quis tamen, quod absit, ex nostris propinquis vel extraneis hunc nostrum pretextum ausum fuerit violare, infringere vel disrumpere voluerit, sit a Domino Deo maledictus et a lumine Sancte Matris Ecclessie extra-neatus et Xristi Corpore et sanguine excommunicatus et a xristianis segregatus cum Iuda traditore et cum diabolo penas eternas sustineat luiturus. Amen. Insuper ad secularia dampna aplicatus post parti regule vestre persolvat [...] tum auri talenta et hec scripta indisrupta permaneat.

Facta carta sub Era M.^a LXXX.^a VII.^a Regnante domino nostro Ihesu Xristo et sub eius presidio predicto Garsea Rege qui hanc cartam fieri iussit et manu sua hanc crucis iniecit et confirmavit. Ego vero Stephania regina similiter hanc (☧) iniecit et confirmavit quam testes presentes et confirmantes confirmant. Sancius Pampilonensis

episcopus cf. Garsia alevensis episcopus cf. Gomesanus Nagerensis
episcopus cf. Senior Fortun Sanchic de Nagera cf. Senior Fortun
Uxoriz de Begera cf. Senior Azenari Fortunionis de Hurtis cf. Se-
nior Sancio Fortunionis de Ponticurvo cf. Senior Fortun Lopez de
Tetelia cf. Senior Azanar Sanchez de Petralata cf. Senior Garcia
Sanches de Vesga cf. Senior Sancio Lopez de [...] cf. Senior
Eximino Sanchiz de Aslançone cf. Senior Garcia Azanarez de Auca
cf. Et testes: Senior Sancio Fortunionez de Calagurra testis. Se-
nior Eximino Fortunionis de Arneto ts. Senior Sancio Fortunionis
de Fuenes (sic) ts. Senior Sancio Fortunionis de Tafalla ts....».

(Sigue el protocolo notarial del escribano en letra cortesana).

141)

25-10-1.057

1.048-8

Bula del Papa Urbano II concediendo privilegios, favores y pro-
tección a la Santa Sede en favor de la Orden de Cluni.

«Anno Incarnationis Dominice millesimo nonagesimo quinto
inditione tertia octava Kalendas Novembris, dominus et venerabilis
Urbanus Papa secundus sacravit altare primum et maius novi nostri
monasterii in honorem Dei in memoriam beatorum Apostolorum Pe-
tri et Pauli, sacravit etiam per se altare secundum in missa matutina-
lis, Lugdunensis autem archiepiscopus Hugo, Pisanus archiepiscopus
Dabertus, episcopus Signanus Bruno eodem die in ipso, monasterio
iubente papa tria in tribus primis cancelis sacrarunt altaria. Tunc
papa inter sacrando missasque agendo post alia solutis portamenta
coram episcopis et cardinalibus multorumque personis huiuscmodi
sermonem habuit ad populum: Sancti Patres et Maiores nostri, Roma-
ni Pontifices, qui sante sedis apostolice presederunt ex quo locus Clu-
niacus institutus est ab initio et monasterium istud fundatum tam
locum hunc quam rectores vel habitatores eius propensius dile-
xerunt, foverunt et curaverunt attentius et merito. Nam pius
ille Willelmus istius enim monasterii institutor nulli alio advocato, nu-
lli patrono, nullo regi vel principi curam ipsius, tutellamque comen-
davit nisi Deo et beato Petro eiusque Vicariis, romanis scilicet pon-
tificibus quorum numero vel ordini divina me dignatio, licet indignum
associavit. Me enim monachum prioremque monasterii huius sub
Domino ac venerabili Hugone, Dei misericordia educit superstite et
benevolente. Igitur sicut Pontifices Summi ante me succedebant sibi
in apostolica Sede, succederunt etiam ad tuendum curandumque pro-
pensius locum istud. Verum tamen nullus eorum per suam corpora-

lem presentiam locum istud hactenus visitavit. Mihi vero sicut in presentiarum cernitis id divina concessa clementia. Denique inter alias causas que nos ad visitandas Gallias impulerunt hec prima et precipua fuit. ut locum istum et congregationem hanc speci-ali nobis cognitione germanam nostra presentia letificaremus nostro accessu et alio quia iuvaremus et ad omnem utilitatem vel commodum nostram eis operam inpenderemus. Itaque hic vobiscum hodie putans altare primum et maius cum ceteris que parate sunt novi huius monasterii sacramus et ad eanque de eodem monasterio restat structuram vestros animos incitamus. Placet etiam nobis vobisque ut placeat suademus, nam hoc ipsum et bonum videtur et iustum huic loco qui vobis et ceteris Xristianis in veneratione et cura bona habendus est quosdam certos limites immunitatis ac securitatis circum circa undique assignare, ipsosque limites appellare limites Sacri Banni. Supra quos terminos nullus homo cuiusque conditiones ac potestatis umquam invasionem aliquam grandem vel parvam aut incendium aut predam aut rapinam facere, aut hominem rapere, vel per iram ferire, aut quod multo gravius est homicidium perpetrare vel truncationem membrorum hominis, sacra auctoritate arcente ulla tenus audeat nec audendo nec pertemptet. Itaque termini Sacri Banni sunt hii: Versus Bergia cum terminus est ac Bivium cifra Sarratam unde una via tendit ad Mazzilias, alteram ad Sanctam Mariam de Bosco. Super Rusiacum terminus est ad summitatem defensi ad Bivium, unde una via tendit ad Bersoniacum, altera ad Carrellam. Versus Segiacum terminus est intra carrunium, citra locum ubi dicunt ad Turgum. In Strada versus Cabilonensem pagum terminus est ad gratiam cessaniam super Martiacum; versus Braucedunum terminus est in via super Boscum Bannedum, versus trenochium, terminus est ad cannas super rivulum quem dicunt Longam aquam inter Blanoscum et doniaziacum.

(Copia autorizada de fecha 10 agosto 1303)

142)

1-III-1.058

1.048-9

El presbítero Gudestio de Loranco se entrega al monasterio de San Millán con todos sus bienes, que pasarán a su muerte a poder del monasterio.

«Sub nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Gudestio presbíter de Loranko sana et integra mente trado me ad arcisterio Sancti Emiliani et episcopo Domino Gomiz qui est abbati ibidem cum sociis fratribus, id est cum ipso monasterio Sancti Emiliani, Sante Eugenie,

Sancti Stefani cuum agressu atque regressu, et duas eras; sive cum meas terras atque vineas; in valle Hamdom in Art[o], una vinea; in valle Maiore una terra; iu summo valle Offresu una terra, que posuit Nunno pro sua anima; in Coba Asnera una terra; in Campo Longo, una terra; in Sancti Cristofori, una terra in Bentielas media terra; in via de Merkato una terra, dono et confirmo iure perpetuo. In vita mea sit sub manu mea, et post obitum meum ab omni integritate serviat in Sancti Emiliani suprascripto. Si quis tamen ex meis propinquis vel etiam longinquis qui meo prescripto disrumpere conaverit aut auferre presumerit primitus a fronte viñas careat lucernas, demumque in baratro dimersus non evadat averni penas. Et hec cartula indisrupta permaneat. Facta carta testamenti su die I. feria Kalendas martias. Era T.^a LX VI.^a Ego presbiter Gudestio qui hoc testamentum fieri iussi de manu mea hoc signum (**signo**) feci et testes ad roborandum tradidi. Monnio Telliz, testis. Gondesalbo Valeriz ts. Beila Vitiz ts. Tellu Iohannes ts. Monnio Obekiz ts. Monnio Iontiz ts».

Al dorso: Carta de unas heredades que fueron dadas en Loranco Loranco n.^o 73, cajón nono.

143)

20-III-1065

1048-10

El Conde Gonzalo Alvarez y su mujer doña Guntroda hacen donación a Pedro, abad del monasterio de San Millán, de su palacio en Nave de Albura con su divisa y pertenencias; igualmente doña Urraca dona al mismo monasterio su casa sita también en Nave de Albura.

«Sub nomine Sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego humilis et omnium antecessorum meorum infimus, Cristi tamen gratia auxiliante, comes Gondesalvo Alvarez una cum uxore mea Domina Guntroda cometissa, non ab aliquo homine terreno coacti sed Omnipotentis Dei clementia inflanmati eiusque denique amore prefulti, pro remedio animarum nostrarum, parentum ac filiorum requie, offerimus ad atrium Sancti Emiliani nostrum proprium palatum in villa quod dicitur Nave de Albura, cum sua divisa, cum exitu et regressu in totis pertinentiis de eadem villa et suas terras. Id est in quantum ibi possunt invenire quod ex nostra pertinentia noscitur advenire, totum offerimus ad Sancto Emiliano et tibi Pater spirituale Petre, presentibus ac succendentibus fratribus per eterna secula, Amen.

Similiter ego humilis Christi ancilla domna Urraca, pro mec anime remedio et parentum ac filiorum peccatorum remedio offero ad atrium domni Dei confessoris Emiliani presbiteri et tibi patri spirituali Petro abbati omnibusque fratribus tecum permanentibus ac succendentibus meam kasam liberam atque [...] cum sua divisa in predictam villam Nave de Albura cum exitu et regressu in totis termis de ipsa villa cum omni genuitate iure perpetuo ad atrium Sancti Emiliani confirmo. Et ego senior Alvaro Gondisalviz similiter in eadem villam predictam Nave de Albura simili tenore concedo ad atrium Sancti Emiliani, et domini Petri abbatis kasam meam propiam cum sua divisa et una serna posita iuxta stratum discurrente ad Potanzri (*entre lineas*) de alia pars Oron, ut Deo vel Sancto Emilianu deserviant per eterna secula. Amen. Similiter et ego senior Herramelli Gondisalbiz et uxor mea domna Leguntia et meam socran domna Eximina offerimus ad atrium Sancti Emiliani et tibi patri spirituali Petro abbati pro remedio animarum nostrarum in villa supradicta Navis Albura, nostram kasam propiam cum sua divisa cum exitu vel regressu in tota pertinentia de ipsa villa et unam sernam que unita est ad illam sernam que senior Albaro Gondisalbiz ad prefatum atrium concessit Santi Emiliani. Et quod hodie offerimus abhinc deserviat in Basilea Sancti Emiliani per omnia secula. Amen. Si quis tamen quod fieri minime credimus hanc scripturam offertionis in aliquo disrumpere voluerit, tam propinqui quam extranei, filiis, neptis aut bisneptis aut quicunque de propinquis vel extraneis contemptio fecerit, sit anathema in conspectu Dei Patris omnipotentis et sanctorum angelorum eius et sic condemnatus cum Iuda traditore in inferno inferiori per omnia secula. Amen. Et insuper damno seculari afflictus in fisco profuturo monasterio tres libras exsolbat auri et hec scriptura permaneat firma.

Facta carta donationis et confirmationis, sub die prima feria quod est XIII kalendas aprilis, Era M.^a C.^a III.^a Regnante Sancio Rex in Pampilona. Ego Sancius rex interfui et confirmavi. Munis episcopus confirmans. Iohannes episcopus confirmas. Remondos infans confirmans. Senior Gondesalbo Albarez confirmans. Senior Lopez Scemenez confirmans. Senior Lope Sangiz confirmans.

Garcia Aznarez testis. Alfons Telliz conf. Muunio monachus conscriptos et ts.

Similiter ego Anderquina Alfonsez de Nave de Albura trado corpus et anima in atrio Sancti Emiliani cum tota mea hereditate, vienais (*entre lineas: sobre vineis: III; sobre terris: III*) et molinos et quantum ad me pertinet ad integratatem. Ego Sancius rex illam agnovi et me postulante absolvvi et confirmavi ad Sancti Emiliani.

Duum palatium et tres casatos cum suis terminis et quantum ad illas pertinet et medio molino et illa ratione de mea cogermana domna Gotto que comparavi in Nave de Albura et in Lopuditidno in ripa Vellosa et in varrio in Tolmantos cum omnibus suis divisis cum exitibus usque ad petra de rivo et una...

(Continuará)